

quasi per mensem in obsidione manentes, ibidem hedificia plurima construxere, licet percussiones eorum parum offenderent adversantes. In descensu vero factum est bellum; utraque parte frivola remanente: civitate tamen undique devastata. Anno vero secundo, cum tractaretur de guerre processu, est ab omnibus ordinatum, ut super montem qui dicitur mons Macrinus castra locarentur, ab hac parte inter utramque, ne posset aliquod intervenire sinistrum, dimidia populi remanente. Fesulani vero credentes dimidiam partem, altera ignorante, posse percutere, consilium inierunt, ut in civitate pro custodia quarta parte remanente, tres partes cum advenis qui aderant in servitio, super predictum montem percuterent existentes. Unde surgens quidam iuris peritus inter cetera dixit:

*Viri V. L. g. d. m.*

Viri fratres qui ab Ytalo sumpsistis originem, a quo tota Ytalia esse dicitur deviata (*derivata?*), nobilitatem vestram respicite et antiqui loci constantiam, dies et tempora discernentes: quoniam est nunc acceptabile tempus, et dies appropinquatur celeriter ultionum: discite quod emclipsim passi, habemus semper oculos sub velamine: nichilominus videntes assidue nostri sanguinis aspersores, pertransivimus huc usque vitam cum nece mixtam, et patrum nostrorum ob iram, multe anime periire, quia post conversionem aliarum gentium fuere posteriores ad fidem: quoniam sub protectione deorum existentes, nolebant cum eis uno domino servire. Nunc autem est apta medicina dolori, et dies accelerat critica festinanter. Cum igitur adsint in januis amici, ipsos decet honorabiliter hospitari, sicut ille qui spargit quod non congregavit, et domum ad se non pertinentem, invito domino non introivit. Sit itaque quisque memor effusi sanguinis, et gentis per nemora iam disperse non sit oblitus: mementote nobilem Catilinam habentium pro maiori, qui potius elegerunt mori bellando, quam sine honore vivere fugiendo. Sit igitur quisque vestrum audax in bello, et vires bellando resummat: et cum simus eis potentia et numero pares, contra ipsos non dubitemus insurgere; quoniam Deus invadentibus aliena resistit, nec vim repellere vi prohibent rationes ».

*O. L. g. d. m.*

Oratione vero iurisperiti ab omnibus approbata, in media nocte surgentes, castra florentinorum intraverunt potentissime fesulani, et invenientes ipsos inhermes, quosdam occiderunt et quosdam ceperunt; et novissime consulem florentinum: et repleti spoliis cum redirent, clamor factus est florentinorum, sanctum Iohannem alta voce clamantium, et irruentes in eos, spoliis recuperatis et captis, ex ipsis cepere circa trecentos, cadavera plurima relinquentes in campo. Duravit enim bellum usque auroram, et orto sole secedentes a loco, sunt ad propria reversi, victoriam ceteris qui remanserant afferentes. Verumtamen quicquid fuerit, non fuerunt meliores fesulanis in bello, nec potentiores in armis.

*1) florentin.*

*e) pta*

*2) afferentes*

*A. L. g. d. m.*

Anno vero tertio, cum proposuissent circa Fesulas munitiones quattuor, facere florentini, unam super montem Cesaris, aliam super montem Macrini, [tertiam] super montem Reinaldi, et aliam prope abbatiam fesulanam, ut introitus in eadem essent difficiles et [exit]us: volentes consummare propositum, montem Cesaris ascenderunt; super quem cum fuisset fortissimum bellum, bellando civitatem intraverunt viriliter cum fesulanis. Et sic capta est fesulana civitas et maior pars degentium in eadem; in suo statu remanente arce. Fesulani vero videntes defuncte gentis et capte defectum, ac res deficere comestibiles, et aptas esse non posse ad semen; considerantes etiam periculum imminens ob parvi loci distantiam, quietem optantes, invicem de concordia tractaverunt, episcopi loci requisito consilio, qui sedens dixit:

*k) ipsi*

*F. L. g. d. m.*

« Filioli mei, quos sine peccato gemitu pepereris et enutrivisti, elapsus est iam terminum cum dolore, auribus percipite verba que loquor, non aliqua trepitudine motus, sed

*utrum*

*deviata p. p. d. m. d. m.*

*2) 1/2. p. p. d. m. d. m.*

*p. p. d. m. d. m.*

*4) g. d. m. d. m. d. m.*

*5) p. p. d. m. d. m. d. m.*

*p. p. d. m. d. m. d. m.*